Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nias

mbus eius morabuntur. Vox eorum
tanquam in fenestra. Coruus in lim
limnari. quoniam attenuatus
robur eius. Hec est ciuitas gloriosa
habitans in confidencia que di
cebat in corde suo. Ego sum. et ex
tra me non est alia amplius. Quo
modo facta est in desertum cubi
le bestie. omnis qui transibit per
eam sibilabit. et mouebit manu
Que vocatur. Ciuitas
et redempta III
ciuitas. Columba non au
diuit vocem. et non suscepit disci
plinam. In domino non est confisa
ad deum suum non appropinquauit.
Principes eius in medio eius qui
leones rugientes. Iudices eius
lupi vespere non relinquebant in
mane. Prophete eius vesani viri
infideles. eius sacerdotes polluerunt
sanctum. In iniuste egerunt
contra legem. Dominus iustus
in medio eius non faciet iniqui
tatem. Quotidie mane iudicium
suum in lucem dabit. et non abscon
detur. Nesciuit autem iniquus con
fusionem suam. Disperdi de gen
tes. et dissipati sunt anguli eorum
Deserta feci uias eorum. dum
non est qui transeat. Desolate
sunt ciuitates eorum. non remanente
uiro. nec ullo habitatore.
Dixi attamen timebit me. suscipiet
disciplinam et non peribit
habitaculum eius. Propter omnia
in quibus visitaui eum. verumtamen
diluculo surgentes corrum
pentur omnes cogitaciones eorum
Ergo propter expecta me dicit
dominus. In die resurrecciois mee
dicit dominus in futurum. quia
iudicium meum ut congregem gen
tes. et colligam regna. et effundam
super eos indignacionem meam omni
nem iram furoris mei. In igne zeli
mei devorabitur omnis terra
quia tunc reddam populis labium e
lectum. ut invocent omnes in no
mine domini. et seruiant ei humi
mero uno. vltra flumina ethiopie.
Inde supplices mei. filii dispersorum
meorum deferent munus mihi
In die illa non confunderis super omni
bus adinuencionibus tuis quibus
preuaricata es in me. quia tunc
auferam de medio tui magnilo
quos superbie tue. Et non adicies
amplius exaltari in monte san
cto tuo. Et derelinquam in medio
tui populum pauperem. et egenum. et spe
rabunt in nomine domini reliqui
israel. non facient iniquitatem. nec
loquentur mendacium. et non in
uenietur in ore eorum lingua
dolosa. quoniam ipsi pascentur
et accubabunt. et non erit qui ex
terreat. Hec dicit dominus deus
Lauda filia syon. iubila israel
letare. et exulta in omni corde filia
israel. abstulit dominus iudi
cium tuum. auertit inimicos tuos
Rex israel dominus in medio tui
non timebis malum vltra. In die
illa dicetur in israel. noli timere
sion. dissolucentur manus tue.

144

Sophonias.